

ita & tu omnem hoīem proximum tuū iudicans, omnia bona quæ potes, quibuscunq; uales in pēde, & implesti utiq; charitatem, quæ ad uitā ducit æternā.

DOMINICA XV.

post Pentecosten. Lucæ. XVII.

In illo tempore Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et reliqua



Qui Iudææ terræ cōfinia nouit, facile intelligit, quod pergens dñs Ierusalem ex his locis, in quibus eum supra euangelista docuisse commemorauit, etiam ad litteram per mediā Samariam & Galilæam transitum habuit. Et quia propter nos, & propter nostram salutē homo factus, non solū ad

seuennibus regnū dei euangelizabat, sed etiā per diuersa loca pergens, plurimis sanitatem tribuebat. Et cum ingrederetur quoddam castellū, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterūt à longe, & leuauerunt uocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri.] Non enim prope accedere audebant, quibus quamuis fides suaderet affectū, leprā tñ prohibebat accessum. Excludēbātur em̄ à castris, qui hmōi sustinebant passionem. Neq; em̄ solo uisu uel sermone ab illo se recipere sanitatē dubitabant,

cuius à longe stātes auxilium humiliter flagitabant. **Spirit**aliter autē, castellū quod dñs ingressus est, mundum significat. Quasi enim castellum intravit, qñ ex **Maria** uirgine carnem assumēs, mundo uisibilis apparuit. **Decem** uiri leprosi, qui ei occurrerunt, populum significāt Iudæorum. **Qui** bene decem fuisse referuntur, quia idem populus decalogum legis acceperat ad suā eruditionem. **Decem** autem sed leprosi fuerunt, quia eiusdem decalogi præcepta transgrediens apparente domino in carne, uarijs doctrinis diuisus, diuersis erat iniquitatibus pollutus. **Apostolo** teste, qui ait: **Non est distinctio Iudæi & Græci**, omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem que est in **Christo Iesu**. **Et iterū: Tribulatio & angustia** in oēm animā hominis operantis malum, **Iudæi primum & Græci**. **Conuenit** autem his, qui ex Iudæis in **Christū** crediderunt, quod leprosi à lōge stantes clamabant, dicentes: **Iesu præceptor, miserere nostri.**] **Iesus** **Hebræo** sermone, latine saluator siue salutaris dicitur. **Et ideo** à quo salutem sperabant, non solum saluatorem nominabant, sed etiam misericordiam poscebant. **Et quia** in eius præceptis se offendisse recolebāt non solum saluatorem, sed etiam hunc pariter & præceptorē uocabant. **Nec de suis meritis** quicquid præsumebant, q̄ eius misericordiā tam humiliter deposcebant: [**Iesu** p̄ceptor, miserere nostri.] **Aliter: Per leprosos** nō incōgrue hereticos intelligere possumus, q̄a sicut lepra uarios colores exprimit in cute, sic hæreticorū doctrina uarios errores generat in sermōe. **Nō solum** em̄ à catholica ecclesia sunt diuisi, sed etiā ad uerum seip̄sos diuersa sentiūt. **Dū em̄ ali⁹** **Chr̄m** deū

Roma. a

Roma. re.

tantum credit, & non hoïem: alius uero hoïem tm̄,
& non deum: alius eū ueram carnē suscepisse negat,
& alius ē contrario ueram animam non assumpſisse
affirmat, quasi lepra uariū colorē in cute exprimit.

Tit. 3

Hi tales longe stare debent, qui ab ecclesia repellēdi
sunt, ne lepra suæ immunditiæ simpliciū corda com
maculent, sicut p̄ Apostolū dicitur: **Hæreticū hoïem**
post unā & scđam correptionē deuota, sciēs q̄a per
uersus ē hm̄oi. **Vñ & Iohānes ait: Si q̄s uenit ad uos,**
& hanc doctrinā nō affert, nolite eum excipere in do
mo, neq̄ aue ei dixeritis, ut non cōmunicetis operi
bus illius malignis. **Quod si ad ecclesiā redire uolue
rint, non prius recipiēdi sunt, quā corā sacerdotibus**
orthodoxis suā hæresim anathematizēt. Vnde & bñ
subdit: **Quos ut uidit dixit: Ite. oñdite uos**
sacerdotibus. De nullis alijs legimus, quibus dñs
hæc beneficia corporaliter præstitit, qđ miserit eos
ad sacerdotes, nisi tm̄ leproſos. **Quod non solum in**
hoc loco fecisse legitur, sed etiā alibi, iuxta **Matthēū,**
cum descenderet de mōte, leprosum perhibetur cu
rassē, cui dixit: **Vade & oñde te sacerdotibus, & offer**
munus quod præcepit **Moyſes** in testimonium illis.
Quod uarias ob causas eū fecisse credimus. Primū,
ut sacerdotibus honorem deferret. **Secundo,** ut non
contradictor legis uideretur, quia legis præceptum
erat, ut si quis a lepra mundatus esset, ueniret ad sa
cerdotem, & offerret hostiam pro sua emundatio
ne. **Tertio,** ut sacerdotes uidentes leproſos munda
tos, si crederent in mundatorem, inuenirent salutē:
si autē credere nollēt, inexcusabiles essent. **Sive certe**
leproſos ad sacerdotes misit, ut ostēderet quia illud
carnale sacerdotiū, spiritale sacerdotiū, quod nūc in

Matth. 8.

ecclesia agitur, præfigurabat. Est enim inuisibilis lepra in anima, quæ uarijs peccatis inquinat conscientia. **D**um enim alius homicidium, alius furtum, alius adulterium, alius rapinam, alius sacrilegium & cetera his similia perpetrât, quasi diuersis coloribus inuisibilis lepræ animam sordat. Tales si mudationem animæ accipere uolunt, necesse est ut longe stent, id est a consortio scelerum se indignos iudicent, magnisque clamoribus Iesum interpellent, id est cum magna contritione cordis diuinam clementiam exorent, dicentes cum Psalmista: **Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipet nos misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Et quia non solum sacerdotibus peccata sua confiteri debent, sed etiam secundum eorum consilium penitentiam & satisfactionem ueniam suscipere, recte dicitur: [Ite, ostendite uos sacerdotibus].** Vice enim dei peccata sacerdotibus pendenda sunt, & iuxta eorum consilium penitentia agenda. **Q**uod in diuina lege præfiguratum est, quæ Moysi de leprosis tale præceptum est datum: **Vir, in cuius cute uarius color apparuerit, ueniat ad sacerdotem, & ostendat se illi. Qui recludat eum in domo per septem dies separata seorsum. Post septem autem dies eum intuetur, si uiderit creuisse lepram, addat & alios septem. Post quatuordecim uero dies, adhuc si uiderit crescere lepram, sciat quia lepra perseverans est. Et tunc iudicet eum leprosum, & eiciat extra castra, maneatque in tota barba, scissa ueste, operto capite, aperto ore, immundum se iudicans omnibus diebus separationis suæ. Quod si sanatus fuerit, qui, hu-**

psalm. 78

Leuit. 13

iusmodi passionem sustinet, ueniat ad sacerdotēs, & offerat pro emundatione sua hostiā. i. tortam panis, & sextarium olei ad luminaria concinnanda: duosq; passerēs uiuos, unum pro peccato, & alterum in holocausto. Quæ omnia qualiter nūc in ecclesia agēda sunt, breuiter uideamus. **Lepa** (ut diximus) peccatū significat. **Qui** ergo habet lepram peccati in anima, debet uenire ad sacerdotē, & ei humiliter sua peccata confiteri. **Qui** eum intuitus, recludat septē diebus in domo separata seorsum, id est, secundum qualita- rem & quātitatem peccati pœnitentiam ei iniūgat. **Post** septem autē dies eum intuitus, si uiderit creuisse lepram, addat & alios septem: quia ubi additur peccatum, neesse est ut augeatur uindicta peccati. **Post** quatuordecim uero dies, si lepram crescere uiderit, i. peccatum in consuetudinem uenire, sciat quia lepra perseuerās est. **Et** tūc iudicet eū esse leprosum, et eijciat extra castra. i. extra ecclesiā eum repellat, uel à cōsortio sanctorū indignum iudicet. **Maneatq;** in- tonsa barba, qd ad squalorem pœnitentiæ pertinet. **Scissa** ueste, ut per confessionē manifestā habeat pœ- nitentiam, uel conscientiā. **Operto** capite, quia à præ- dicatione cessare debet, qui peccatis inharet. **Aperto** ore, nō in peccati defensione, sed in sua accusatione. **Si** autē mundatus fuerit, qui hmōi passionē sustinet, hoc ē, si digne pœnitēdo à cōsuetudine peccati cessa- uerit, offerat pro emundatione sua tortā panis. i. dul- cedinem charitatis, quibuscūq; potest, impēdat, nō solum amicis, sed etiā inimicis, & sextarium olei. i. misericordiæ uiscera indutus in se peccatibus clemē- ter ignōscat: & hoc ad luminaria cōcinnāda, ut sicut plures suo malo destruxit exemplo, perditē uiuēdo

ita plures reedificet sua satisfactione, digne pœnitē
 tio. Offerat quoq; duos passeres uiuos, unum p peccato, & alterū in holocausto. i. uel duo genera compunctionis, timoris scilicet & amoris: uel certe corpus & animā, ut sicut exhibuit mēbra sua seruire in munditiā & iniquitatē ad iniquitatē, ita & exhibeat seruire eadem iustitiā in sanctificationē. Quæ omnia quia ad iudiciū sacerdotis agēda sunt, recte leprosis dicitur: [Ite, ostendite uos sacerdotibus.] Qui locus eorum opinionē destruit, qui erubescens pētā sua sacerdotibus cōfiteri, quoddā occasionis ingenium inueniunt, dicētes sibi sufficere, ut soli deo peccata sua cōfiteant, si tñ ab ipsis peccatis in reliquo cessent, Quorū opinio si uera esset, nequaquā dñs leprosos, q̄s per semetipsum mūdauerat, ad sacerdotes mitteret. Nec Paulū, quē per semetipsum in uia allocutus fuerat, ad Ananiam sacerdotē destinaret. Nam ut ostenderet ad iudiciū sacerdotū peccata esse ligāda atq; soluenda, Lazarū quem quadriduanū mortuum per semetipsum à mortuis resuscitauerat, nō prius abire permisit, q̄ à discipulis soluere, sicut scriptū est in euangelio: Et surrexit ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quadriduanus mortuus. Tunc ait discipulis suis: Soluite eū, & finite abire. Ad quam etiā autoritatem cōfirmandam, quū Petro apostolo, collatis clauibus regni cælorū, pontificiū ligandi soluendiq; tradidisset, ait: Quodcūq; ligaueris super terrā, erit ligatum & in cælis: & quodcūq; solueris super terram, erit solutū & in cælis. Et factū est dū irent mundati sunt. Nō solum diuina potestate, sed etiā p̄isti ma dispositione, leprosi antequā ad sacerdotes uenirent, in uia mundati sunt, ut & ipsi mundatorem suū

Johan. vii

cognoscerent, & sacerdotes illorum mundationi nihil se contulisse sentirent. Iuxta uero spiritalem intelligentiam, leprosi, antequam ad sacerdotes ueniant, mundantur: quia non sacerdotes, sed deus peccata dimittit. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens.] Unus iste qui ad referendas gratias mundatori suo reuersus est, unitatem significat ecclesiae, quae cum sit longitudo terrarum diuisa, quia unum credit, unum sapit, unum desiderat, in unitate tenetur, de qua scriptum est: **Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Et iterum: Qui facit unanimes habitare in domo. Et alibi: Ecce quae bonum & quae iucundum habitare fratres in unum. Non enim longitudo terrarum separat, quos eadem fides & charitas sociat. Magna enim uox, non tantum sonum oris, quantum intentionem significat cordis. Magnus enim clamor sanctorum magnus est desiderium, quia unusquisque quantum amat, tantum clamat. Hinc Moysi a domino dicitur: Quid clamas ad me? cum tunc nihil locutus fuisse legatur. Hunc clamorem se nouerat habere in corde Propheta, qui per magnitudine amoris dicebat: Clamaui in toto corde, exaudi me domine. Et iterum. Domine, clamaui ad te, exaudi me, intende uoci meae cum clamauero ad te. Et pulchre iste, qui ad referendas deo gratias mundatori suo rediit, in faciem se cecidisse dicitur. Qui enim in faciem cadit, ibi cadit, ubi non uidet. Cadere ergo in faciem, adorantis est siue deprecantis. Cadere retro, est superbientis siue contemnentis. Denique Abraam, postquam uidit deum Christi, cecidit in faciem suam, & adorauit. At uero de persecutoribus domini scriptum est, quae abierunt**

Exodi. 14.

Psal. 118.

terrorum & ceciderunt in terram. Heli uero, q̄a filios r. Reg. 4
 nō corripuit, cecidit de sella retrorsum, & fractis cer-
 uicibus, mortuus ē. Et de Antichristo scriptura figu-
 rate loquit: Vt cadat ascēsor eius retro. Et ideo ante Gene. 49
 cadere, electorū est: retro autem, reprobōrū. Et hic
erat Samaritanus. Cum hunc, q̄ ad referēdas
 gratias mūdatori suo redijt, euāgelista tā solícite Sa-
 maritanū noīauit, reliquos, q̄ ingrati remāserunt, Iu-
 dæos tacite notauit. In multis enim locis euāgelij
 prōprios fides gentiū, q̄ Iudæorū ostēditur, sicut dñs Matth. 8
 alibi fidem centurionis collaudauit, dicens: Amē di-
 co uobis, non inueni tantā fidem in Israel. Sed quia
 Samaritanus interpretat̄ custos, recte iste, p̄ quē uni-
 tatē ecclesie diximus figurari, Samaritanus noīatur,
 qm̄ inde ecclesie suæ mundationē uel uirtutē firmi-
 ter custodit, quia nō in se, sed in deo firmiter cōfidit, palm. 12
 dicēs cum Psalmista: Custodi me dñe ut pupillā ocu-
 li, sub umbra alarum tuarū protege me. Et iterū: Nisi
 dñs custodierit ciuitatē, frustra uigilat qui custodit
 eam. Vel ut alias uirtutes habere posset, custodiā hu-
 militatis retinere studuit, sicut faciebat qui dicebat:
 Humiliatus sum usquequaq̄ dñe, uiuifica me scdm̄ psalm. 138
 uerbum tuum. Respondens autē Iesus, dicit:
Bonne decem mundati sunt, et nouem ubi
sunt: Nō ideo dñs interrogat, ut aliqd̄ ignoret, ante
 cuius oculos nuda & aperta sunt om̄ia, quibz̄ scit an-
 tequam fiant, sed ut ostenderet se illos nescire. Scire
 uero dei, eligere est: nescire uero, reprobare. Nouit
 dominus quos elegit, sicut cuidam iusto uiro dictū
 est: Noui te ex nomine. Et sicut Apostolus dicit, 2. Tim. 2
 Noīuit dñs qui sunt eius. Quos autem reprobat, nescit,
 sicut in fine reprobis dicturus est: Discedite à me oēs

qui operamini iniquitatem, nescio uos unde estis. **Eos ergo, q ad referendas deo gratias ingrati reman-
serunt, quasi incognitos ubi sint requirit, dicens: Non
ne decem mandati sunt: et nouem vbi sunt?
Non est inuentus qui rediret & daret gloria
deo, nisi hic alienigena. Et pulchre hi qui ingrati
remanerunt, nouenario numero continentur. No-
uenarius namq numerus imperfectus est, & ad suam
perfectionem explendam uno indiget. Numerus ue-
ro unitatis perfectus est, & diuidi non potest: & ad su-
am perfectionem explendam nullo indiget, quia unus
dominus, una fides, unum baptisma, unus deus, & pa-
ter omniu. Bene ergo per illos, qui in nouenario con-
tinentur, illi significantur, qui ex perceptis donis do-
minicis gratias deo non referunt. Per illum uero, q
mudatori suo gratias retulit, illi, qui ex perceptis be-
neficijs gratias ei referunt, dicentes cum Psalmista:
Benedicam dominum in omni tempore. Quia neq
hic decalogi precepta perfecte custodiunt, neq in fu-
turo denarium remuneratiōis, qui in uinea laborant
tibus promissus est, percipiet. **Et ait illi: Surge,
vade.** Qui humiliter ante pedes domini ceciderat,
recte audire meruit: **Surge, uade.** Quia sicut ipse ait
in euangelio: **Omnis qui se humiliat, exaltabitur.** Et
sicut p Salomonem dicitur: **Humile spiritu sequitur
gloria.** Tunc autem peccator surgere & abire per-
mittitur, qn per dignam satisfactionem a peccatis ab-
soluit. Et quia sine fide impossibile est placere deo,
recte subdit: **Quia fides tua te saluum fecit.** Fides
em principalis est uirtus, q sicut ait scriptura: **Iustus
ex fide uiuit.** Et sicut **Apostolus: Nunc autem manet fi-
des, spes, charitas, tria haec.** Vera est autem fides qua-**

Palm. 26

1 Corin. 13

hoc credit mente, qd non uidet corpore, teste Apo-
stolo, qui ait in epistola ad Hebræos: Est fides spe- *Hebræi*
râdarum res substantia, argumentū nō apparentiū.

DOMINICA XVI.
post Pentecosten. Matth. VI.

**In illo tempore dixit Iesus discipulis
suis: Nemo potest duobus dominis serui-
re. Et reliqua.**



Cum ad uni⁹ dei cul-
turâ dñs Iesus Chri-
stus mētes hoīm p-
uocaret, sciens humanam
naturam deo simul & dia-
bolo subditâ esse nō pos-
se, ait inter cætera: **Ne-
mo potest duobus do-
minis seruire. Duo dñi:
deus & diabolus intelligū-
tur. Dñs em̄ a dominatur
nomen accepit, qd nomē**

illi specialiter cōuenit, qui non solū gubernator, sed
etiā cōditor est totius creaturæ, q est rex regū & dñs
dñantium. Diabolus em̄ non pprie, sed abusive dñs
dictus est, eo q dñium suæ tyrannidis in eorū menti-
bus, qui ei per mala opera subdūtur, exerceat. His et
go duobus dñis unus idemq̄ hō, uno eodemq̄ tēpo-
re seruire simul nō potest: q̄ ualde inter se cōtraria
sunt & diuersa, quæ dñs p̄cipit, & diabolus suggerit.
Verbi gr̄a, dñs p̄cipit humilitatē, & diabolus sug-
gerit superbiam: dñs uocat ad castitatē, diabolus per-